Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quinque autem ex is
tarum fatue · et quinque
prudentes · Sed quinque
fatue accepto lam
padibus non sumpse
runt oleum secum ·
prudentes uero accepe
runt olei in uasis
suis cum lampadibus
Cum autem tardaret
sponso · dormitaue
runt omnes et dormi
erunt · Media autem
nocte clamor factus
est · ecce sponsus uenit
exite obuiam ei ·
Tunc surrexerunt
omnes uirgines ille ·
et ornauerunt lampades
suas · Fatue autem
sapientibus dixerunt ·
Date nobis de oleo
uestro · quia lampades
nostre extinguunt · Re
sponderuntque prudentes
dicentes · Ne forte
non sufficiat nobis
et uobis · ite potius
ad uendentes et emite
uobis · Dum autem
irent emere uenit
sponsus et que parate
erant introierunt
cum eo ad nuptias · et
clausa est ianua · Po
stmodum uero uenerunt
et relique uirgines
dicentes · Domine